

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Constantinus ad patrem, propter Diocletiani insidias reuertitur. Cap. XIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

EVSEBII DE VITA

excessit ex pueris, & iam ad adolescentiam peruenit, summo apud illos honore dignatus fuit. In qua etate & honore nos eum vidimus, cum Palæstinorum regionem vnam cum imperatore, qui cæteros anteibat etate, peragrabat. Ad cuius dexteram assistens, illis, qui eum videre cupiebant, se adolescentem facile præstantissimum declaravit: ut ipso in quo eximia regiae cuiusdam indolis indicia, ex eo quidem tempore, elucere coeperunt. ut enim corporis compositione ad pulchritudinem apta, & statuta (ut etas tulit) proceritate, nemo cum illo comparari potuit, & virium etiam firmitate tantum superauit aquiles, ut illis nonnihil terroris iniiceret: Sic virtutibus animi multo magis, quam corporis ornamenti nobilitatus est: quippe modestia primum suum decorauit animum: deinde politiore literatura, tum prudentia à natura propria in sita, ad extreum sapientia diuinitus animo consignata, tanquam alimentis quibusdam eximiè educavit.

Constantinus ad patrem, propter Diocletiani insidias revertitur. C A P. X I I I .

Quem quidem cum illi, qui tum rerum potiebantur, adolescentem generosum esse, robustum, procerum, excuso & erecto animo præditum animaduerteret, anuidia simul fuerunt & metu percussi. Qua re induiti, tempus opportunum obseruant sedulò, quo graui aliqua contumelia eum afficiant. **Q**uod quidem adolescens animaduertens (siquidem dei nutu insidiae contra illum comparatæ, semel & iterum fuere perspicue deprehensæ) fuga salutem quæsivit: atque in ea re exemplum magni prophetæ Moysis est probè imitatus. Deus etiam omnia eius causa faciebat, prouidè prospiciens, ut in tempore præsto esset ad patri succedendum.

Constantii mors, Constantinum filium imperatorem relinquens. C A P. X V .

Exemplò enim, ubi insidiarum machinas effugit, celeri gradu accessit ad patrem: & protinus post longum temporis interuallum, quo absuerat, in eius spectum